UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa Confessio

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Lvdolpho.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

Visual Library

ficè conditum in ſua Eccleſia S. Pantaleonis. Fertur illius, dum viueret, Symbolũ fuiſſe; *Vt ſis, quod vocaris, cura.* vel illud Martialis: *Quod ſis eſſe velis, nihilq́, malis.* Præfuit ſuo Archiepiſcopatui annis 12. & paulò amplius. Singula hæc prolixè & accuratè narrantur à coæuo Monacho Pantaleonita, Rotgero, in vita B. Brunonis.

DE LVDOLPHO.

HAEc de filijs Regis Henrici; dicendum nunc venit paucis de filijs Imperatoris Ottonis. Duas ipſe habuit ordine coniuges; ex priori Editha, Edmundi Anglorum Regis filia, genuit Ludolphum, de quo ſuprà dictum eſt, quod contra patrem rebellis arma tulerit, *malorum*, vt ait Ditmarus lib. 2. *deprauatus conſilio*, hîc dicendum, quod ante mortẽ operá, & interceſsione B. Brunonis ſui patrui, S. Vdalrici, & religioſi Hartberti, Epiſcopi Curienſis, eidẽ patri reconciliatus fuerit, vt referunt *Rutgerus & Marianus*. Hic Ludolphus genuit Ottonem, patrẽ Brunonis, Romani poſteà Põtificis, de quo ſuo loco infrà.

DE VVILHELMO, ARCHIEPISCOPO MOGVNT.

*SVNT qui ex eâdem Editha progenitum tradunt VVilhelmũ. Sed ex VVitikindo ſcri-

*El. Reuſn. in ſtirpe VVitikin.